UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Jn festo gloriosissimi corporis christi. Jntroitus..

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

ꝛ cõfertã ꝛ coagitatã: ꝛ ſupef/
fluẽtem dabũt in ſinũ veſtrũ.
Eadez ꝗppe mẽſura qua mẽ
ſi fueritis: remetief vob. Dice
bat aũt illis ꝛ ſimilitudinem.
Nungd poteſt cecus cecũ du
cere? None ambo in foueam
cadũt? Nõ eſt diſcipulus ſup
magiſtrũ. Perfect⁹ autẽ ois
erit: ſi ſit ſicut magiſter eius.
Quid aũt vides feſtucam in
oculo fratris tui: trabem aũt
que in oculo tuo eſt nõ ꝯſide/
ras? Aut quomõ poteris dice
re fratri tuo: frater: ſine eijciã
feſtucã de oculo tuo: ipſe tra/
bem in oculo tuo non vides:
Hypocrita: eijce primum tra
bem de oculo tuo: ꝛ tunc per/
ſpicies: vt educas feſtucaz de
oculo fratris tui. Offer. Intẽ
de voci orationis mee rex meus ꝛ
de⁹ me⁹: quoniã ad te orabo dñe
Hoſtias nr̃as Secreta.
dñe tibi dicatas q̃ſum⁹
placatus aſſume: ꝛ ad perpe
tuum nobis tribue peruenire
ſubſidiuz. Per. Cõio. Narra/
bo omnia mirabilia tua: letabor
ꝛ exultabo in te: pſallam nomini
tuo altiſſime. Poſtcõio.
Tantis dñe repleti mune
rib⁹ preſta queſum⁹: vt ꝛ ſoli/
taria dona capiamus: ꝛ a tua
nunq̃z laude ceſſemus. Per
dominũ noſtrum ieſuz xp̃m.

In feſto glorioſiſſimi corpo/
ris chriſti. Introitus.

Cibauit eos ex adipe
frumẽti all'a: ꝛ de pe
tra melle ſaturauit
eos alleluia alleluia
alleluia. Ps. Exultate deo adiu/
tori noſtro: iubilate deo iacob. ℟
Gloria patri. Oratio.
Deus qui nobis ſub ſa/
cramento mirabili paſſionis
tue memoriam reliquiſti: tri/
bue queſumus: ita nos corpo
ris ꝛ ſanguinis tui ſacra my/
ſteria venerari: vt redempti/
onis tue fructũ in nobis iugi
ter ſentiamus. Qui vi. Ep̃la
Fad corinth. j. cap̃lo. ij.
Fratres: Ego eniz acce
pi a dño qḋ et tradidi vobis:
quoniã dñs ieſus in qua no/
cte tradebatur: accepit panẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit:
Accipite ⁊ mãducate: hoc eſt
corpus meum: quod pro vo-
bis tradetur: hoc facite in meaz
cõmemorationẽ. Similiter ⁊
calicem poſtꝗ̃ cenauit dicẽs
Hic calix nouum teſtamentũ
eſt in meo ſãguine: hoc facite
quotienſcũqꝫ ſumitis in meã
cõmemorationẽ. Quotiẽſcũ-
qꝫ enim mãducabitis panem
hunc: ⁊ calicem bibetis: mor-
tem domini annũciabitis: do-
nec veniat. Itaqꝫ qcũqꝫ man-
ducauerit panẽ: vel biberit ca-
licẽ dñi indigne: reus erit cor-
poris ⁊ ſãguinis dñi. Probet
autem ſeipſuz homo: ⁊ ſic de
pane illo edat: ⁊ de calice bi-
bat. Qui enim mãducat ⁊ bi-
bit indigne: iudiciuz ſibi mã-
ducat ⁊ bibit: non diiudicans
corpus domini. Grad. Oculi
omniũ in te ſperãt dñe: ⁊ tu das
illis eſcaz in tpe opportuno. ℣.
Aperis tu manuz tuam ⁊ imples
omne animal bñdictiõe. Alla.
℣. Caro mea vere eſt cibꝰ: ⁊ ſan-
guis meꝰ vere eſt potꝰ: q mãdu-
cat meã carnẽ ⁊ bibit meũ ſangui-
nẽ: in me manet: et ego in eo. Se-
quentia.
Lauda ſyon ſal-
uatorẽ: lauda ducẽ ⁊ paſto-
rẽ: in hymnis ⁊ cãticis. Quãtũ
potes tãtũ aude: qꝛ maior omni
laude: nec laudare ſufficis. Lau-
dis thema ſpecialis: panis viuꝰ
⁊ vitalis: hodie ꝓponitur. Que
in ſacre mẽſa cene: turbe fratruz
duodene: datũ nõ ambigitur. Sit
laus plena: ſit ſonora: ſit iocũda
ſit decora: mẽtis iubilatio. Dies
enim ſolẽnis agitur: in qua mẽſe
prima recolitur: huiꝰ inſtitutio.
In hac menſa noui regis: no-
uum paſcha noue legis phaſe ve-
tus terminat. Vetuſtatẽ noui-
tas: vmbrã fugat veritas noctem
lux eliminat. Quod ĩ cena xp̃s
geſſit: faciẽdũ hoc expreſſit: in ſui
memoriã. Docti ſacris inſtitu-
tis: panem vinum in ſalutis: cõſe-
cramꝰ hoſtiã. Dogma datur xp̃i-
anis: ꝙ in carnẽ trãſit panis: ⁊ vi-
nũ in ſãguinẽ. Quod nõ capis
qđ nõ vides: aĩoſa firmat fides:
ꝑter rerũ ordinẽ. Sub diuerſis
ſpeciebus ſignis tãtũ ⁊ nõ rebus
latent res eximie. Caro cibꝰ ſã-
guis potus: manet tñ xp̃us totus
ſub vtraqꝫ ſpecie. A ſumẽte nõ
conciſus: non confractus nõ di-
uiſus: integer accipitur. Sumit
vnus ſumunt mille: quãtum iſti
tantũ ille: nec ſumptus ꝯſumitur
Sumũt boni ſumũt mali: ſorte
tamen inequali: vite vel interi-
tus. Mors eſt malis vita bonis
vide paris ſũptiõis: ꝗ̃ ſit diſpar
exitus. Fracto demũ ſacramen-
to: ne vacilles ſed memẽto: tãtuz
eſſe ſub fragmento: quãtum toto

tegitur. Nulla rei fit ſciſſura: ſi-
gni tantum fit fractura: qua nec
ſtatus nec ſtatura: ſignati minui
tur. Ecce panis angelorum: fa
ctus cibus viatorum: vere panis
filiorum: non mittendus canib9.
In figuris preſignatur: cũ yſa
ac immolatur: agnus paſche de-
putatur: datur mãna patribus.
Bone paſtor pãis vere: ieſu no-
ſtri miſerere: tu nos paſce nos
tuere: tu nos bona fac videre: in
terra viuentium. Tu qui cuncta
ſcis et vales: qui nos paſcis hic
mortales: tu nos ibi cõmenſales
coheredes et ſodales: fac ſancto-
rum ciuium. Amen. Scd̃m io-
annem ſexto capitulo.
In illo tempore: Dixit
ieſus diſcipulis ſuis: et turbis
iudeorum. Caro mea vere eſt
cibus: et ſanguis meus vere
eſt potus. Qui manducat me
am carnẽ et bibit meũ ſangui
nẽ: in me manet: et ego in eo.
Sicut miſit me viuens pater:
et ego viuo ꝑpter patrem: et q
mãducat me: et ipſe viuet pro
pter me. Hic eſt panis qui de
celo deſcendit: nõ ſicut man-
ducauerũt patres veſtri man
na et mortui ſunt. Qui mãdu
cat hũc panẽ: viuet in eternũ.
Offer. Sacerdotes dñi incenſũ
et panes offerunt deo: et ideo ſan
cti erunt deo ſuo: et nõ polluent

nomen eius alleluia. Secreta.
Eccleſie tue q̃s dñe vni-
tatis et pacis ꝓpiti9 dona
cõcede: q̃ ſub oblatis muneri-
bus myſtice deſignant. Per.
Prefatio. Quia per incarna
ti verbi etc. fol. 100. Et dicit ꝑ
totã octauã. Coio. Quotieſcũ-
q3 mãducabitis panẽ hunc: et ca-
licem bibetis: mortẽ domini an
nunciabitis: donec veniat: itaq3
quicũq3 mãducauerit panẽ: vel
biberit calicem domini indigne
reus erit corporis et ſanguinis
domini allã. Poſtcõio.
Hac nos q̃s dñe diuini-
tatis tue ſempiterna fruitiõe
repleri: quã precioſi corporis
et ſanguinis tui tẽporalis pce
ptio prefigurat. Qui viuis et
regnas. Dñica. ij. poſt pẽthe
coſten. Introitus.
Factus eſt dñs prote-
ctor meus: et eduxit
me in latitudine: ſal-
uum me fecit: quoniã voluit me.
Ps. Diligam te domine fortitudo
mea dñs firmamentum meum et
refugiũ meũ et liberator me9. R.
Sancti Oratio. Gloria.
nomis tui dñe timorem
pariter et amorẽ: fac nos habe
re ꝑpetuũ: q2 nũq3 tua guber-
natione deſtituis: quos in ſo-
liditate tue dilectionis inſti-
tuis. Per. Ep̄la beati ioãnis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN